THEOLOGISCHE SAMMELHANDSCHRIFT, U. A. ALDOBRANDINUS DE TUSCANELLA

Entstehungsort unbestimmt, 14. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35408
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

tua quia misericordia plena sit omnis terra. Et
sic patet quomodo a maria effluxit sep
tiformis plenitudo acceptabilis
gratie. ¶ Tercio maria est plena
quia ad eam confluxit septiformis
plenitudo miseriorum hominum. et ut ad
eam plures miseri confluant ipsa
adueniendum ad se uocat. Unde bene
potest esse verbum ipsius loquentis ad
predicatorem verbi dei. illud Luc. xiv.
Exi in uias et sepes et compelle
intrare. ut impleatur domus mea.
Hec domus marie est longitudo et
latitudo providencie ipsius. De
qua domo dicitur in psalmo. Beati qui habitant
in domo tua domine. Mandat ergo
maria cuilibet predicatori in hoc
mundo. ut exeat ab ocio et compel
lat predicando et inducendo. et
omnes miseri indigentes misericordia conue
niant ad eam que est regina misericordie
et eius providencie se comitant.
Specialiter tamen septiforme genus mise
rorum hominum confluit ad eam et implet
domum eius. Iuxta illud ysa. lviii. Ege
nos uagosque induc in domum tu
am. Egenus dicitur qui est extra gentem
et tales sunt in triplici differencia. Vagus
dicitur qui discurrens hinc inde ober
rans et tales sunt quadruplicis
distinctionis. Isti ergo septiformes ho
mines miseri implent domum
marie. Primo ergo homines dicuntur
egeni qui sunt extra gentem inno
cencie. quales sunt pueri ante bap
tismum qui sunt in peccato originali
et sunt ex statu innocencie. Hii
sunt in domo marie. quia per eius
providenciam a potestate dyaboli pro
teguntur. et ad baptismi graciam per
ducuntur. Secundo dicuntur egeni qui
sunt extra gentem militantis ecclesie
quales sunt qui peccata mortalia con
miserunt. et quantum ad meritum sunt
extra ecclesiam. Hii sunt in domo ma
rie. quia per eius providenciam a peccatis
liberantur. Tercio homines dicuntur ege
ni qui sunt extra gentem celestis pa
trie. quales sunt iusti pro celesti gau
dio adhuc suspirantes. Hii sunt
in domo marie. quia per eius pro
videnciam iusti roborantur. Vagi
vero siue discurrentes sunt quadruplices. dis
currentes qui discurrunt a molesti
is in molestiam. quales sunt pressuras
mundi pacientes. Hii sunt in domo ma
rie quia per eius providenciam in suis
molestiis consolantur. Alii dis
currunt de bono in mala. quales sunt
qui de peccatis contriti cito post iterum
relabuntur. Hii sunt in domo ma
rie quia per eius providenciam in bono
firmantur. Alii sunt qui discurrunt
de malo in malum. quales sunt qui
peccata super cumulant. Hii eciam sunt
in domo marie. quia per eius providenciam